

Ioannis 4. n. 8. Discipuli enim ejus abierant in civitatem, ut cibos emerent.

VERSIONES.

Syriacus. Porro discipuli ejus introierant in urbem, ut emerent sibi cibum.

EXPOSITIO.

97. In his verbis Evangelista reddit rationem superioris sententiae, ut denotat illa particula enim. Ac si dicat: Quia discipuli abierant in civitatem, ideo Dominus a muliere petiit aquam; nam, si discipuli adessent, ab eis Dominus aquam postulari, ut observat D. Thomas, Lyranus, Cajetanus, & alii: quod totum factum est divina providentia, ut loquendi cum muliere ansam haberet; & ut solus cum sola loqueretur. De quo postea admirati sunt discipuli, num. 27. Ut cibos emerent. Merito ad dubitat Origenes homil. de Samaritana. Cur Dominus, qui in deserto aliquando quinque millia hominum, aliquando quatuor millia, praeter mulierem, ac puerorum ingentem multitudinem miraculose nutriverit; cur etiam hic, sua divina virtute suppeditante, cibos non producit; sed discipulos ad eos emendos destinat? Sed facile responderi ipse, & Euthymius, ut homo crederetur. Deinde in magnum nostrum documentum Christus, dum suae, suorumque subvenit necessitati, humana media eligit; at cum ad aliorum exigentiam est opitulandum, divina potentia operatur. E contra vero saeculi Magnates, cum suae consulunt utilitati, remedia supra omnem humanum captum intentant in medium producere; at cum aliorum res agitur, totum negotium viribus humanis etiam magna cum difficultate relinquunt, & submitunt.

98. Ut cibos emerent; non ut mendicarent. Ex quo quidam author asseruit, quod Dominus non mendicaverit. Sed inutilis est ratiocinatio: non enim semper datur gratis mendico panis, aut vinum, sed aliquando pecunia comparatur, ut observat Simon Cassianus lib. 11. cap. 1. D. Bonaventura hoc loco. Quod vero Dominus mendicaverit, communiter colligunt Patres ex Psal. 39. num. 23. Ego autem mendicus sum, & pauper. Deinde Cardinalis Hugo duplicem assignat rationem ob quam non decuit discipulos mendicare apud Samaritanos. Primum, quia mendicantis est, omnem cibum oblatum recipere, & si ipsi reciperent cibos Gentilium Samaritanorum, qui erant prohibiti Judaeis secundum legem haberentur tanquam legis desertores. Secundum, quia cum Apostoli futuri essent Praedicatorum apud Samaritanos, ne viderentur sub pretio ponere verbum salutis, ideo non mendicando, sed emendo cibos comparant. Tertium Albert. Magnus, quod apud Samaritanos discipulis non daretur elemosyna, eo quod erant dispari cultu. Et ita Samaritani Luc. 9. num. 53. Non receperunt Christum, quia facies ejus erat eumis in Jerusalem.

QUESTIO XIV.

Quare Dominus ad emendos cibos miserit omnes discipulos suos?

ERat enim hora prandij, ut patet ex supra dictis, & discipuli cum suo Magistro non habebant aliquid ad manducandum: nam ita erant alieni a rebus humanis, ut de illis non agerent, nisi quando necessitas urgebat. Hugo. Cibos Apostoli secum non portabant: quia decuit, eos qui futuri erant Doctores mundi, esse attentos continue in doctrina Christi, nec impediri cura, & solitudine mundi, nisi cum urgeret necessitas. Ideo ergo cum ad manducandum cibos non haberent, in civitatem abierunt.

Quaestio praesens est: quare Dominus misit omnes discipulos suos ad emendos cibos, cum unus vel alter ad hoc sufficeret? Prima, & literalis hujus rei ratio est divina providentia, ut cum esset solus, mulieri exhiberet fiduciam cum eo loquendi familiariter, & audaciter quaerendi, quae erant suae salutis; quia cum multis ita loqui aula non esset. Secundum in magnum documentum nostrum. Quia cum omnes essent manducaturi disposuit Dominus, ut omnes essent laboris participes, utque, ita in civitatem unanimiter tendentes, quae necessaria erant, emerent, atque portarent. Tertium Albertus Magnus ait, quod Dominus per Samariam paucos, & familiarissimos secum discipulos duxerit, ideo omnes misit. Quartum. Idem Albertus respondet. Destinavit omnes, quia decreverat loqui cum Samaritana de peccatis suis occultis, & in discipulorum praesentia nihil de illis esset locuturus; sicut Confessor peccatorum, quae scit, coram aliis revelare non debet. Charitas nos impellit ad aliorum occultandos defectus. Ut ergo Dominus a delictis suis mulierem revocet, eaque discipuli minime agnoscant, in civitatem abeant. Vide lib. 1. cap. 1. cap. 47. & cap. 19. num. 22. & supra cap. 3. n. 45. & 46.

Quintum. D. Chryostomus hom. 30. Studiosus, ait, humilitatis, non fatigatus dimittatur ex itinere, sed relictus solus dimissis discipulis, hic Jesus ostenditur. Aique poterat, vel non omnes dimittere, vel alios sibi ministros comparare, sed noluit: etenim discipulos quoque his moribus assuescebat. Et quid mirum, dixerit fortasse quispiam, si humiles erant piscatores, & tentorium opifices? Erant sane. Verum repente ad ipsam caelum volarunt, & cunctis Regibus clarioribus evaserunt, digni habiti, qui universi orbis Domini familiaritate fruerebantur. Illud praeterea non ignoratis, quod quanto quis humiliori gradu ad dignitates assumitur, facilius in superbia insaniam effertur, impletur qui in expertis se habentes ad tantum honorem. Solus remanet Jesus, & omnes discipulos ire permittit in urbem, ut eos in humilitate instrueret. Sed ad quid Dominus discipulis tantam formam humilitatis praebet? Ipsi enim erant pauperes, piscatores, plebeij, ac ex obscuro genere. Ad quid Dominus eis tantis operibus humi-

Euthym. Christus, ut sua subveniat necessitati media humana eligat, nostram vero divina.

Cassian. Bonavent.

Psal. 39. Hugo.

Concionator predicat gratis. Alber. Mag.

Luc. 9.

99. Intentus doctrinae Christi alienus est a rebus humanis. Hugo.

100. Qui manducant, laborant.

Alb. Magn.

Aliorum defectus occultant.

101. Chryost.

D. Thom.

plebeius, si extollitur dignitate, vado superbus.

humilitatem persuadebat? Sed ideo quia ex vulgari conditione habebant originem, tam repetitis actibus eos in humilitate erudit. Constituendi erant principes totius orbis; ac profunde; ut ex obscuro genere assumpti, maxime elationis vitio expositi, ad quod declinandum tam profunda humilitatis datur doctrina.

102. Aman creduli odio persequens populum Judaicum; maxime elatus erat animo; omnium applausus; ac adorationem totis viribus ambiebat; ita ut superbissimus appellaretur, Esther 13. n. 12. Si Scripturae paginam revolvas, valde superbos Principes; invenies Pharaonem, Nabuchodonosorem, Sennacheribem, Antiochum, & alias eruentias bestias: nullus tamen dicitur superbissimus, nisi solus Aman. Et quid in eo introspicitur, ut tam inaususto nomine super omnes appelleretur; De eo dicitur Esther 3. num. 1: Rex Assuerus exaltavit Aman filium Amadabai, qui erat de stirpe Agag: & posuit solium ejus super omnes Principes, quos habebat. Aman erat natione Maecede, ex infima, & abjectissima plebe, ut advertit Gotionides lib. 2. c. 3. & lib. 3. cap. 1. Cum ergo iste Aman esset inter omnes ex valde obscuro, & ignobili genere ortus, cum ad apicem dignitatis est evehctus, inter omnes superbissimum monstrum evasit. Vide cap. 19. quaest. 12.

103. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: quomodo tu Judaeus cum sis, bibere a me potcis, quae sum mulier Samaritana? non enim eorum Judaei Samaritanis;

VERSIONES.

Athas. Tu, Judaeus existens, a me bibere potcis, existens ego mulier Samaritana? Syriacus. A me petis potum, quae sum mulier Schamaritana? nulla enim intercedit familiaritas Iudaeis cum Schamaritanis. Euthym. Theophyl. Varabl. Non enim commercium habent Iudaei cum Samaritanis.

EXPOSITIO.

RESPONDENS mulier Christo proponit quaestionem, & illius rationem. Nam, ut ait D. Cyrill. lib. 2. c. 8. I. Inimicum disciplinae quaestio est: dubitatio prius, radix cognoscendi quae ignorantur, soler fieri. Et ait mulier in sua quaestione: Quomodo tu, Judaeus cum sis. Tenebatur mens illius rebus humanis, & cognovit eum esse Judaeum; & non Regem, & dominum: in eo solum agnovit, quae deprimebant, ac odij causam mini-

103. Cyrill. Qui dubitatur, intelligere scit.

Mundanus non qua extollunt, sed qua deprimunt solum agnoscit.

strabant; non vero, quae condecorabant, extollebant; amoremque conciliabant. Tamen laudanda est mulieris prudentia; agnovit hominem, cum quo loquebatur, quoniam esset, & paucis interpolatis verbis eum Prophetam apprehendit: Ut video; Propheta es tu, infra n. 19. Et etiam aliqua charitate loquitur mulier, ut no-

104. Ait mulier: Quomodo tu, Judaeus cum sis; agnovit eum Judaeum; ut observat Petrus Iohannes homil. 30. tum ex loquela; sicut & Petrus agnovit ministri: Verum tu ex illis es, nam & loquela tua te manifestum facit, Matth. 26. n. 71. tum etiam ex vultu ut cum Chrystosomo habent Euthym. Euthymius, Albert. Magn. Carthuf. D. Thom. Bonavent. D. Thom. Bonavent. Lyran. ut facile ab aliis gentibus dignoscerentur, Christi Num. 15. stus autem Dominus gestabat fimbrias, ut constaret ex muliere, quae tergit fimbriam vestimenti ejus; Matth. 9. num. 20. Bibere a me potcis. D. Cyrillus lib. 2. cap. 81. existimat, verba esse dicta per modum admirationis, & dabij: cur praeter Judaeorum morem, a Samaritanis excoleat aquam; D. Chrystos. homil. 36. Euthym. Theophyl. phylactus per modum correctionis pronuntiata volunt; quia sibi persuadebant, non licere Christo, quem Judaei agnovissent, loqui cum Samaritanis; At si Judaei non loquuntur cum Samaritanis, quomodo tu bibere a me potcis? Et non ait: Mecum loqueris, sed bibere a me potcis? nam, ut advertit D. Augustinus tract. 15. in Joan. Judaei non utebantur vasculis Gentilium, quia multas res immundas attingebant; & mulier secum asportabat vasculum, ut observat Albertus Magnus, abominabile erat apud Hebraeos, cum alienigenis comedere, & bibere: Illicitum est Aegyptiis comedere cum Hebraeis, Gen. 42. n. 32. & ad hoc alludit Paulus 1. Corinth. 5. num. 1. Cum hujusmodi nec cibum sumere.

105. Non enim coeuntur. Verba esse non foeminae, sed Evangelistae, autotam Rupertus, & Cajetanus. Communis tamen sententia Samaritanam illa adscribit, in quibus, ut ait Hugo ex Chrystos. mulier reddit rationem sui dicti: Non enim coeuntur, quod ad litteram exprimitur? Inter Judaeos, & Samaritanos non est mixta familiaritas, ac commercium. Quod non proveeniebat ex lege; nam quamvis Deus Deut. 7. n. 2. mandaverit suo populo, ne cum gentibus inirent foedus; tamen in rebus necessariis licitum erat colloquium cum illis, ut dixit Theophyl. lacto num. 9. & docent Abulensis 4. Reg. cap. 17. quae. 24. & in cap. Judic. 19. Maldonatus, Toler. lecos anno. 6. Evitabatur ergo commercium inter Judaeos & Samaritanos ex odio, malaque affectione, ejus rei causas aperiam quaest. 16. Cum autem Christus non haberet Samaritanos in odio; ideo a muliere petiit aquam. Et mulier dixit: Judaei non coeuntur Samaritanis, ut notantur Chrystosomus Theophylactus, Euthymius. Illicitum erat Judaeis habere commercium cum Samaritanis; cum tamen Samaritanis

Euthym. Charitas a peccatis proximorum revocat. 104. Matth. 26. Chrystos. Euthym. Carthuf. D. Thom. Bonavent. Lyran. Num. 15. Match 9. Cyrill. Chrystos. Euthym. Theophyl. Alber. Mag. Gen. 42. 1. Cor. 5. 105. Rupert. Cajetan. Hugo. Chrystos. Sui dicit deo homo rationem. Theophyl. Abulens. Maldonat. Toler. Chrystos. Theophyl. Euthym.

nis non esset prohibitum, agere cum Judæis. Et ideo mulier dixit: *Quomodo tu, Judæus cum sis bibere à me possis?*

QUESTIO XV.

*Quare Samaritana Christo Domino potam dare recuset, cum tamen Rebecca, libenter illum Eleazero, & suis camelis dederit?*

106. **V**ulgaris est historia, quod cum Eleazer servus Abrahami, est ejus mandato querens uxorem Isaac filio domini sui, venisset ad quendam amoenissimum fontem, & à Rebecca expostulasset aquam, quæ prompta voluntate ab ipsa fuit data Eleazero, & suis camelis *Gen. 14. à n. 27.* E contra verò Samaritana hoc loco magno enisù repugnat paucillum aquæ Christo Domino præbere. Ratio litteralis in aperto est: quia inter Eleazerum, & Rebeccam non dabatur aliqua suæ gentis consuetudo prohibens familiaritatem, quæ inter Judæos, & Samaritanos ex depravato odio interveniebat. Ad morales rationes veniamus.

107. **A**mbros. Respondet primò D. Ambrosius *lib. 1. de Abraham cap. 24.* Dicitur de Rebecca *Virgo pulcherrima, cujus decorem nulla corripuit ætas: speciosa valde, quia speciosus eam acquisivit sibi, quam vir non cognoverat, nulli enim viro erat compulsius, sed soli Christo debita: habens hydriam super humerum, qua lavat alius hominum: & quia ex congregatione Gentilium constat, qua suos lavit, ideo legit, quia descendit ad fontem & implevit hydriam, & ascendit. Samaritana illa venit ad fontem, sed non descendit; putens enim ei videbatur alius: nec implevit hydriam, unde non habebat, ut alius suos lavaret. Hac, scilicet Rebecca, sola cognovit fontem verum: hoc est, non aquæ fontem, sed vitæ æternæ. Ideo habuit, quod daret suis necessitatibus. Venerant ad fontem Rebecca, & Samaritana: illa sitientibus præbet potum; hæc verò minimè. Rebecca Virgo pulcherrima, & quæ non noverat virum. Virgo significat Ecclesiam Christi sponsam, ut tradunt Ambrosius citato loco, Rabanus, Lyranus, Hugo, & alii, quæ est virgo sine ruga, & macula, Samaritana autem Synagogam exprimebat. Non ergo mirum, quod Rebecca det aquam, quam negat Samaritana: quia Ecclesia Christi siti fidelium, ac spiritali morbo dat opportunum remedium salutari aqua Sacramentorum, quod Synagoga ex vi suarum caeremoniarum non præstabat.*

108. **S**ecundò Rebecca, quamvis esset puella, & virgo castissima, ac verecunda, aquam libente præbet Eleazero, suis camelis, quam multis obstaculis denegat Samaritana; quod Christus esset Judæus, puteus alius, & hausterium non daretur. Rebecca typum justitiae, ac gratiæ gerebat; Samaritana verò formam peccatoris exprimebat. Justus, cum omnium sit abundans, cunctis dat, atque largitur; peccator autem, cum omnibus sit expoliatus, nihil habet, quod valeat tribuere, ac suppeditare. Tertiò Rebecca promptam voluntatem ad largiendum habebat; Samaritana vero totis viribus dare renuebat, ideo nulla difficultas puellæ virginis offertur, sed om-

*Qui detrahit dare, multa obstatula movet.*

*Qui detrahit dare, multa obstatula movet.*

nes in oculis Samaritanæ crescent, & argentur

Quartò Rebecca incontinentè, & sine mora dat; at Samaritana, veluti consilium præbendo, ait: *Quomodo tu, Judæus cum sis, bibere à me possis, quia sum mulier Samaritana? Ac si dicat, Non licet tibi hoc à me postulare. Bona mulier, si dare non vis, cur hoc uno verbo non denegas, sed consilium ostendis? Res satis usitata, quod consilium proferamus, dum petita annuere nolumus. Mittitur Moyses à Deo ad Pharaonem, ut populum de Ægypto educat, & excusans se ab hujusmodi legatione, ait: Domine non sum eloquens ab heri, & nudius tertius, ex quo locutus es ad servum tuum, impeditioris, & tardioris lingua sum: mitte, quem missurus es, Exod. 4. Exod. 4. à num. 10. Intendebat Moyses adducere ac nostro loquendi modo, aliquantulò persuadet Deum, ut norant Philo *lib. de sacrificio Abel, & Euseb. Cain;* & Eusebii apud Lyppomanum, quod alium nuntium eligeret; & ideo dicebat de se, quod erat tardioris sermonis. Quod explicans Abulensis, ait: *Hoc est, non sum bene; & promptè loquens: hoc valde indecens erat; quia si malè loqueretur, ante Pharaonem irrideretur, nec alienius rei daretur audientia, quod ad magnam debonorationem Moysis, & ejus qui mittebat eum, videbatur redundare.* Et hac de causa dicebat Moyses: *Septuaginta: Elige potentem alium, Moyses enim esset instructus omni sapientia, optimè pertrahat; Deum omnia agnoscere, & impedimentum suæ linguæ eum minimè latere. Cur ergo tanquam consiliarius coram Deo loquitur, se non esse aptum ministrum ob tarditatem oris; sed quod alius nuntius promptioris sermonis eligatur. Moyses vehementer appetebat se ab officio commissio, atque injuncta legatione excusare; & ideo totus se diffundit in consulatoris verbis declarandis, ac proponendis etiam ipsi Deo: tam ingenuum est homini, dum voluntas reluctatur, quod mens in consilia proferenda prodeat.**

109. *Qui dare non vult, consilium præbere solet.*

110. *Si homo non vult postulare præstare frequenter consilia datur.*

110. *Joan. 6.* Cum Dominus videret in deserto famefentem turbam, querit à Philippo: *Unde ememus panes, ut manducent hi? Cui respondet Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat, Joan. 6. num. 7. Sed si Dominus de loco ubi emendati sint panes, interrogat; cur ipse præter quæsitam, respondet de quantitate pecuniæ, quæ ei videbatur insufficientis? Tanquam si dicat: Tanta auroreorum summa exigitur, ad hos homines pascendos, quam minimè habemus; ac proinde de hoc negotio non est curandum. Philippus, ut multorum est sententia, & suo loco referam, affectabat, quod Dominus miraculum non operaretur, ne illi homines pascerentur à Christo, & ideo præter interrogata consilium dat *Ducentorum denariorum panes, &c.* Dum enim aliorum desideratis reluctamur, eisque innuere nolumus, consilia superabundant; & nostram misericordiam, ac partem conditionem, qua petita negamus in munere, prudentiæ, ac discretionis consiliis adscribi intendimus.*

110. *Philippus, ut impediat miraculum, datur consilium.*

110. *Mulier in suis actionibus nimis superstitiosa.*

Abulens. Moraliter rem aliter explico. Valde mirum, quod mulier negat potum aquæ Christo Domino petenti: ait enim: *Quomodo tu Judæus cum sis, bibere à me possis, quia sum mulier Samaritana, &c.* & tamen discipuli abierant in civitatem ad emendos cibos; qui ex eorum vestitu, ac lingua erant omnibus noti, ut in expositione dixi de *Sylveira in Evang. Tom. I f.*

QUESTIO XVI.

*Explicantur causæ, ob quas inter Judæos, & Samaritanos erat magnum odium, & minus ratione mulier negat Christo potum, discipulis tamen in urbe cibis non negatur?*

112. **D**e origine, ac conditione Samaritanorum jam dixi *q. 4.* Cum autem mulier dicat quod Judæi non cointunt Samaritanis nec inter se commercium, ac familiaritatem habeant, quod ex magno odio pullulabat, ut adverti in expositione. Causæ, ac rationes, unde hujusmodi odium nascebatur hæc sunt explicandæ.

113. *Apponuntur causæ, ob quas erat odium inter Judæos, & Samaritanos.* Prima, quia Samaritani trahebant otiginem ab Assyriis Judaici populi inimicis. Secunda, quia Samaritani possidebant regionem ad Judæorum hereditatem spectantem. Tertia, quia Samaritani Moisaicis caeremoniis Deos alienos colebant. Quarta, quia solis quinq. libris Moysis receptis ceteros rejiciebant. Quinta, quia postquam Judæi inchoarunt reedificare templum, Samaritani, non admissi ab eis ad ædificium omni vi conati sunt illud opus impedire, ut constat ex *lib. 1. Esdrae c. 4. à n. 4.* Sexta, quia Samaritani sacrificabant extra templum in monte Garisim, ubi etiam ædificaverant templum, & sacerdotes instituerant, & sacrificia; ut refert Joseph. *lib. 11. antiq. c. 7. & 8.* Unde existit inter eos de templi præstantia disceptatio, adeo ut delata fuerit ad Regem Ægypti, qui adjudicavit sententiam Judæis, ut refert Joseph *lib. 13. antiq. c. 14.* Quæ contentio etiam tempore Christi perdurabat. Ob has causas, & alias, quæ facile possunt excogitari, magnum erat odium inter Judæos, & Samaritanos, ita ut nec commercium, nec familiaritatem inter se haberent.

114. **T**amen hac inter utramque populum inimicitia non obstante, discipuli iverunt in civitatem; ut pretio sibi cibos compararent, & illos adduxerunt, ut patet infra *n. 27.* Et tamen Samaritana Christo Domino potum aquæ totis viribus dare recusat. Ratio hujus rei litteralis est. Quia, quamvis Deus *Deuter. 7. n. 2.* mandaverit populo suo, ut cum infidelibus, ac gentibus fœdus non iniret; non ita erat prohibitum commercium, ut iter agentes per gentium fines non possent sibi cibos emere, aut potum accipere; nam inter fideles multi versabantur negotiorum ergo; & aliquid pretio acquirebant vel gratis accipiebant ab eis. Et ideo discipuli in civitate cibos emerunt; mulier autem, ut est ejus propria inclinatio, nimis superstitiosa, inhaerendo consuetudini, potum negat. Et hæc solutio est, multo probabilior, illa ab alijs data, nimirum quod lex tunc cessaverit, vel quod Christus, ut supremus Dominus in ea dispensaverit, Nam lex itinerantes non comprehendebat, ut patet ex dictis.

114. *Mulier in suis actionibus nimis superstitiosa.*

Abulens. Moraliter rem aliter explico. Valde mirum, quod mulier negat potum aquæ Christo Domino petenti: ait enim: *Quomodo tu Judæus cum sis, bibere à me possis, quia sum mulier Samaritana, &c.* & tamen discipuli abierant in civitatem ad emendos cibos; qui ex eorum vestitu, ac lingua erant omnibus noti, ut in expositione dixi de *Sylveira in Evang. Tom. I f.*

Abulens. Moraliter rem aliter explico. Valde mirum, quod mulier negat potum aquæ Christo Domino petenti: ait enim: *Quomodo tu Judæus cum sis, bibere à me possis, quia sum mulier Samaritana, &c.* & tamen discipuli abierant in civitatem ad emendos cibos; qui ex eorum vestitu, ac lingua erant omnibus noti, ut in expositione dixi de *Sylveira in Evang. Tom. I f.*

Christo Domino; at verò nullus se abstinere ab eorum commercio, atque colloquio. Ut mulier cum Christo loqueretur, eique gratis daret potum extabat lex, eam ab hujusmodi conversatione arcens: ut verò Samaritani cum discipulis verba miscerent, nulla videbatur lex prohibens extare; nam discipuli abierant in civitatem, ut emerent cibos; & secum asportabant pecunias; & qui aurum & argentum deferret, nulla est lex, nec prohibitio erga eum.

Satis solemniter erat lex apud Hebræos, ut nullum haberent sermonem cum leproso, ut patet *Levitic. 13. num. 46. Numer. 12. num. 1.* Et ideo Maria soror Moysis, lepra percussa, jussa est separari à nostris, *Numer. 12. n. 14.* Et tamen Rex Israël satis morosè loquebatur cum Giezi, dicens: *Narra mihi omnia magnalia, quæ fecit Eliahu, 4. Reg. 8. n. 4. & Giezi totus leprosus erat, 1. Reg. 5. 4. Reg. 8. n. 27.* Sed quomodo Rex Israël cum leproso loqueretur? Quomodo non declinas, quem lex evitandum præcipit? Unde de hoc colloquio Regis eum leproso maxime admirantur Cajetanus, & Carthusianus, qui ait: *Quod ex speciali causa Carthuf. Reges, & Magnates quandoque loquebantur cum leproso, Giezi habebat aurum, argentum, & vestes pretiosas, 4. Reg. 7. m. 25.* Et qui hujusmodi bonis locuples est, nulla lege, ac præcepto apud legem astringitur, nec ab ejus commercio prohibetur: talis lex religabat alios leproso pauperes, & debiles; at hominem divitem à filiis hujus sæculi minimè arcebat.

115. *Si pecunia habeat nullam erga te legem, aut præceptum, non prohibetur.*

115. *Idem.* Respondit Jesus, & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere; tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.

VERSIONES.

*Salmeyr. tom. 4. p. 1. tract. 19.* Si scires eximium illud donum Dei, &c.

*Vatabl. Pagninus, Arias.* Et quis est dicens tibi: Da mihi bibere; tu utique petisses illam; & dedisses utique tibi aquam.

*Beda.* Tu magis petisses ab eo. *Syriacus.* Da mihi potum: tu petisset ab eo, & dedisset tibi aquas vivas.

*D. Athan. disp. contra. Arrium.* Tu postulasses, & dedisset tibi aquam viventem.

EXPOSITIO.

**E**X his manifestè, ut observat Cajetan. constat, quod Dominus petiit aquam à muliere, non ut biberet, sed ut haberet occasionem loquendi, & instituendi eam. Unde eleganter ait Rupertus *lib. 4. in Joan. Quod Dominus ab aqua visibili metaphoram faciens, mulierem*

*si pecunia habeat nullam erga te legem, aut præceptum, non prohibetur.*

115.

*Dives nullè astringitur.*

116.

Cajetan.

Rupert.

116.